Actum in Curia Regia Bra-scensi feria Sexta ipso fe-sto Transfiguratio(n)is Chri-sti Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quadra-gesimo Nono.

186

Bankowskich Intercisae Approbatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Bran(s)cen(sibus) personaliter comparentes Generosus Joannes Szpak Bankowski olim Adami filius ab una et Generosus Hieronimus Bankowski olim Valentini filius partibus ex alia sani mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Intercisam certam inter se ratione certarum rerum et conditionum de data in Banki Vigesima Secunda July anno praesenti confectam Manibus suis et certorum amicorum subscriptam ac Vadio Centum Floren(orum) Polon(icalium) firmatam in Omnibus eiusdem intercisae punctis et conditionibus approbant confirmant et ratificant. Itaque Omnia in praefata intercisa exarata y idem ipsi recognoscentes tam in toto quam in quavis Minima parte cum suis successoribus tenere adimplere se submittunt et inscribunt sub Vadio Centum Floren(orum) Polon(icalium) in defectu alicuius Conditionis per partem aliquam expletae ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren(si) Bran(s)cen(si) in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus simplicibus et iuratis dilationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac caeteris exequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suis successoribus Vtrimque abscribendo et abrenunciando. Sub amissione sua suorumque successorum totius et integrae causae.

C. Życzkow(ski) Sincerae Ablationis Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Bran(s)cen(sibus) personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Felicis Zaleski de Zalesie Ma-

Stanislaus